Johannes Franciscus.

Typus amicitiæ.

1556 & 1579.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°



Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

53.- 41.
DA BOX

LN 632 M
LN 634 M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

TYPVS AMICITIÆ
AD
D. NICOLAVM KAAS CAN-
CELLARIVM.

TYPVS AMI-
CICIAE.



HAC quicunq; uides pictos in imagine uultus
  Eſſe typum ueræ noris Amicitiæ.
Verus amor quondam fuerat precioſior auro,
  Sed nunc pro uili ſub pedibusq; iacet.
Quapropter ſcelerum genitrix nunc regnat Erynnis,
  Miſcet & in multis mutua bella plagis.
Omnia diſsidijs, ſunt omnia plena tumultus,
  Mars furit, & toto fugit ab orbe quies.
At ſi cura boni ſupereſſet maior amici,
  Lis minor, & pietas maior in orbe foret.
Luciferum potius conuexo tollat Olympo
  Qui uelit extinctum nomen amicitiæ.
Sponte ſua uarijs uita eſt obiecta periclis,
  Hac re ſi careat, prorſus inermis erit.

Nullius abſq; boni ſocio poſſeſsio grata eſt,
  Omnibus ergo prior rebus amicus erit.
Sunt in amicitia miſeræ quot commoda uitæ,
  Iſta refert certis picta figura notis.

Cernis in egregio iuuenilem corpore formam,
  Talis amicitiæ forma manere ſolet.
Tempore nequaquam diuturno mota tepeſcit,
  Vnus amicitiæ candor amorq; manet.
Vtq; bona eſt uirtus, ſic ſit durabilis ipſa,
  Sit conſtans igitur iuſto in amore fides.

Per caput haud tectos uideas errare capillos,
  Vt ſit detectus quiſquis amicus erit.
Erubeat nunquam nec uerus amicus amicum,
  Quamuis diuerſæ munia ſortis habet.
Non habet ornatas precioſo murice ueſtes,
  Sed uelat tenuis candida terga chlamys.
Sic quoq; qui meruit præſtantis nomen amici,
  Paupertatis erit ferre paratus onus.

Mors & Vita ſimul trita ſub ueſte leguntur,
  Certus in incerta ſorte uidetur amor.
Ardua non pigeat perferre pericula uitæ,
  Et mala pro ſocij ſumma ſalute pati.
Sic Pylades carus carum dilexit Oreſtem,
  Spontè per ignotos quem comitatur agros.
Hic reputat ſocij ſine uita uiuere turpè,
  Alter pro ſocio fata ſubire cupit.

Hinc Æſtas & Hyems ſuprà caput additur illi:
  Triſtibus & lætis rebus amicus adeſt.
Heu quàm peruerſi noſtro ſunt tempore mores,
  Tantùm fortunæ ſubiacet omnis amor.
Lubrica quò tandem ſeſe fortuna reclinat,
  Siue petit dubiæ ſumma, uel ima rotæ:
Quilibet hanc ſequitur lucri perſuaſus amore,
  Nullus in aduerſis rebus amicus adeſt.

Ima reuelati cernuntur uiſcera cordis,
  Non ullum uerus celat amicus opus.
Hac igitur Momus quærebat parte feneſtram,
  Vt ſenſa occultæ mentis aperta forent.

Quod cubitum inclinat pectus dum monſtrat apertum,
  Facta quod haud cordi ſint aliena docet.
Et cor conueniat factis, nihil ore loquatur
  Quæ non cum tacito conſona corde manent.

Partibus his Longè, Propè, coniunguntur, amicos,
  Non ratio longæ ſeparat ulla uiæ.
Corpore ſeu iuncti fuerint ſeu fortè remoti,
  Alter in alterius pectore nomen habet.
Vt niſi mors nemo ueros diſiungat amicos,
  At mala lis ſocios diſsipat uſq; bonos.

Sic mea Muſa typum paucis deſcripſit amici,
  Plurima ſed mea quod Muſa requirat, erunt.
Cor patulum quo fonte fluat genus omne bonorum,
  Quæq; ſolent cordis iuſſa ſubire manus.
Officia his debent comprendi cuncta duobus:
  Officij fons eſt non ſimulatus amor.
Nec tamen hîc metam uero præſcribo ſodali,
  Spontè ſua innumeras præſtat amicus opes.
Talis ero qualem mea pagina pingit amicum,
  O mihi uir ſummo dignus honore coli.

Autore Iohanne Fran-
ciſco Ripenſi.

1556.

b veſte leguntur,
detur amor.
ricula vitæ
ſalute pati.
Oreſtem
is adire rogos.

ra caput additur illi:
nicus adeſt.
tempore mores,
omnis amor.
na reclinat,
vel ima rotæ:
erſuaſus amore,
amicus adeſt.

ſera cordis,
micus opus.
arte feneſtram,
perta forent.

ctus dum monſtrat apertum
nt aliena docet.
re loquatur
ſona corde manent.

coniunguntur, amicos,
vlla viæ
forte remoti
nomen habet.
ngat amicos,
vſq; bonos.

deſcripſit amici,
Muſa requirat, erunt.
genus omne bonorum,
i ſubire manus.
cuncta duobus:
atus amor.
ræſcribo ſodali,
ræſtat amicus opes.
pingit amicum,
nus honore coli.

Donec amicitiæ iusq; fidesq; manet.
At ſi conſtanti quis deſtituatur amico,
  Quid vel conſilij vel rationis habet:
Cur conflictari vitæ huius caſibus optet,
  Et quod mortali ſors vehit atra pati? Sis

Non habet ornatas precioſo murice veſtes,
  Sed Velat tenuis candida terga chlamys.
Sic qui præſtantis ſectatur nomen amici,
  Pro ſocio diſcat triſtia fata pati.
Mors

Autore IOHANNE FRAN-
CISCO Ripenſi.

HAFNIÆ,
Impreſſit Laurentius Benedicti.
1579.

LN 632
M
LN 634
M

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Det i Vignetten anbragte Vaabenskjold
med tvende Sværd (Sachsens Vaaben) anføres
iblandt L. Cranachs Marker i Brulliots
Dictionnaire, Tom. I. p. 433.

Early European Books, Copyright © 2010 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 632 2°